dio generali predicto Crac per scholares inguit obseruetur: volumus vt omnes
scholares et studen Crac accedent ibidem causa studiorum morantes proprium

Rector

Rectorem habeant, qui in ciuilibus causis ipsos iudicet. habeatque
iurisdictionem ordinariam super omnes. Cui sub onere iuramenti debitam o
bedien prestare et honorem exhibere teneantur. nec vllus eosque
in eisdem ciuilibus causis studen et scholares vniuersitatis Crac cu
iuscunque status et conditionis fuerint alibi coram iudice alieno Ecclesi

Ciuit

astico vel seculari audeat conuenire. A senten aut Rectoris predicti
nullus appellare audeat vel valeat: vel supplicare aut restitutionem
in integrum petere. et si appellatio fuerit ipsius apello nec recipiatur
nec apellantes per aliquem iudicem Ecclesiasticum vel secularem audiatur
Sed Rectoris sententia in suis clausulis inuiolabiliter obseruetur
Et cum in si de nullitate vel iniustitia argueretur eam Rectoris sententia

+ per ipsos et officiales nostros tales malefici et per sublimitates corrigantur

per consiliarios Universitatis de ipsius iuribus et iusta cognoscatur,
et quod iuridicum fuerit, per ipsos in ea decernatur. Insuper Rector pre-
dictus scholares et studentes, suos in causis criminalibus levioribus, ut puta — Criminales leviores
pro capillorum offensione cum palmo vel pugno ad effusionem sanguinis
ac contentione qualis non enormem habeat in se calle, nec ob hoc ipsi scholares
et studentes vel eorum familiares atque servi ad extranea iudicia evocentur
et trahantur. Si autem, quod Deus auferat, studens scholaris vel alius predi- — In Criminibus gravibus de furto
ctorum in furto, adulterio, stupro, homicidio aut aliquo crimine capitali et
ignominioso notorie fuerit deprehensus, Illorum cognitio non debet ad Rectorem pertinere
sed statim taliter deprehensus scholaris, si clericus fuerit ad Episcopale iudicium
remittatur. Si vero laicus nostro iudicio subiacebit. Etiam qualiter scholaris
Laicus, Bedellus, Stacionarius aut ipsorum familiaris, si de crimine homicidii
Incendii, Adulterii, membrorum mutilationis, aut letali vulnere vel quocumque
~~in~~ nephario excessu fuerit accusatus: Extunc non secundum consuetudinem patrie
aut regni nostri, nec secundum statuta ipsius, sed iuxta leges per nos aut iudi-
cem deputatum talis accusatus debebit iudicari. Quinimmo per probos ho-
minum attestationes ad expurgationem illati criminis admittatur. Porro si
aliquis scholaris vel studens aut quicumque predictorum pro quocumque crimine
aut excessu magno sive parvo fuerit inculpatus, nullus ipsum capere — Contra Captivationem
vel detinere audeat nisi cum Rectoris familia et de ipsius requisitione
speciali. Item si Rector contra aliquem de sua iurisdictione iuste — Relegatio seu proscriptio
processerit et secundum formam statutorum ipsum de Universitate excluserit,
studiorumque commodis privaverit, ad requisitionem ipsius Rectoris
talis privatus de Civitate utraque tam Crac. quam Kazimiriensi — NB
et aliis de novo locatis Cracoviensi et Kazimiriensi in posterum
adiungendis per advocatos cives et incolas earundem protinus expellatur.
Nullusque talem in suo hospitio aut mansione seu domicilio audeat
at colligere et fovere vel sibi de necessariis vite in victu et
amictu aliquid ministrare. Si autem scholaris vel studens vel alius

de predictis sententie vel mandato Rectoris non paruerit, Rectori suo con-
tumax fuerit et rebelles ad requisitionem eiusdem Rectoris teneantur Ad-
vocati et Consules Civitatis predictarum eorum familiam mittere ad
dicti rebellis pertinaciam compescendam. Haec autem statuta in presentibus
contenta hiis sub pena decem marcarum grossorum Pragensium que fisco
scolarium debet applicari, statuimus firmiter observari: qua pena
statutorum prescriptorum et subscriptorum punire volumus transgressores.
Statuimus etiam ut quotiescumque aliquos scholares in qualibet facultate
per Doctores seu Magistros ad privatum examen more consueto
Cancellarius poni contigerit, super illos Cancellarius vel qui pro ipso fuerit
tamquam supremus approbator ipsum examen omnimodam habebit pote-
Campsor statem. Item ordinabimus predictis scholaribus unum Cambsorem
vel Judeum in Civitate Crac., qui habeat sufficientem pecuniam admutuandi
ipsis super bonis pignoribus qui de usura non plus exiget nisi
unum grossum de marca qualibet infra mensem. Demum statuta
Statuta statuenda. Doctores et Magistros universitatis predicte Cracoviensis condendi que hic
non potuerunt contineri, que in aliorum studiorum universitatibus
iuxta possibilitatem servari poterunt, volumus pro ipsorum studio co-
firmare. Et ut doctores, Magistri, Licentiati, Baccalarii, Scho-
laresque Universitatis Crac. predicte eorum lectiones, exercicia, et actus
doctrinarum liberius et magis comode valeant et possint exercere,
pro habitacione Magistrorum et pro quotidiana ac communi congre-
studentium et scholarium universitatis studii predicti Crac. domum meam
Pancziss que Stephani Pancziss fuerat et vocabatur, quam et quondam
olim Civis Crac. habebat in platea S. Anne sitam, prout in eius
latitudine longitudineque et amplitudine est limitata et distincta
terminisque assignavimus: Ipsam ab omnibus solutionibus, dationibus

tributis, comiciniis, exactionibus, Iudicijs, Iuribus, et consuetudibus impositionibusque onerum et angariarum liberantes quam universitati predicte appropriamus, incorporamus, adiungimus perpetuo et in evum. Nihil iuris in ea et dominij pro nobis et successoribus nostris reservantes, quam cunctis omnibus libertatibus et gratijs et signanter in libertate fugitivorum et alijs quibus dedicate fruuntur Ecclesie utifrui volumus et gaudere. Per ipsos Doctores Magistros et Collegiatos tenendam, habendam, et perpetuis temporibus possidendam. Ceterum pro maiori stabilimento studij generalis Crac. prenotati, dignum fore arbitrantes hos qui labores et onera sufferunt non repelli a mercede, Doctoribus et Magistris ac Collegiatis studij eiusdem Crac. qui fundamenta doctrinarum in eodem studio debent erigere et lectionibus ac informationibus ipsorum studentes instruere, et fovere de Centum Marcis Nummorum polonicalium von sallcz anno quolibet anni 100 marc redditus assignamus, quas eis in Theloneo nostro Crac. deputatis per ipsos a Thelonearijs qui pro tempore fuerint, singulis quatuor temporibus anni cuiuslibet singulas viginti quinque marcas tollendas et levandas. Quas ad requisitiones et quietationes ipsorum Thelonearij sine omni excusatione et negligentia perpetue solvere tenebuntur. Si autem Thelonearij predicti in solutione earundem pecuniarum negligentes fuerint vel remissi tunc Doctores et Magistri predicti auxilium capitanei vel nostri locumtenentis primo et secundo debeant requirere ad exigendas pecunias memoratas. Et si requisitio huiusmodi ipsis non fuerit profutura, tunc more suo spirituali per sententias excommunicationum aggravationum et interdictij ab ipsis Thelonearijs easdem pecunias licite poterint extorquere. Verum quia parum prodest libertates memorare nisi quis eas tueatur et conservet, habeat quo studium predictum Crac. in Iuribus libertatibus et statutis

Fugitivi Iustitiam danus

efficacius conservare cupien(tes) Ep(iscopu)m Cracovien(sem) qui pro t(em)p(o)re fuerit omni(um)
et singularum libertatum, immunitatum, exemptionum, et statutorum Studij p(rae)-
Conservator dicti conservatorem constituimus, eiq(ue) damus plenam et liberam potest(atem)
ipsum conservan(di) et tuen(di) libertatesq(ue) eius exequen(di), ac in rebelles et in-
terpatores Studij et Studen(tium) praedictorum poenas quas virtute privilegiorum
vel etiam s(ecundu)m leges canones seu statuta locorum meruerint exigente
ipsorum malefitio et contumacia ratione praevia declarare, qui etiam cum
tum Rectore Univ(ersita)tis pecunias et sallarium pro Magistris et Doctoribus
distribuen(di) et comoda in collegio dummodo tamen iuxta exigen(tia)m status et merit(orum)
Maledictio cuiuslibet, plenam dominiumq(ue) habebit facultatem. Si quis aut(em) has nostras ere-
ctionis Studij concessionum quae pro ipso libertatum et exemptionum ac statu-
rio torum de successoribus nostris aut quibuscunq(ue) violare et infringere praesum-
Poena pserit, iram vindicem districti iudicis, et miserabilibus infelicitatis for-
tuitum et inopinatum eventum noverit se incursurum. Et ut haec scripta in suo
robore permaneant et per successores nostros firma teneantur praesentes ma-
iestatis sigillo fecimus communiri. Actum Crac. feria sexta proxima post
diem S. Jacobi Ap(osto)li. Anno D(omi)ni 1400 praesentibus his testibus in christo
patribus D(omi)nis Petro de ~~Radlica~~ Radolitza Crac., Nicolao de Curow Wladislavien(si) et
Alberto Posnanien(si) Ep(iscop)is. Validisq(ue) Joanne de Tenczin Castellano Cra(coviensi)
Joanne de Tharnow Sandomiriensi, Joanne Ligenza Lanciciensi, Jacobo de
Koniecpole Siradien(si), Sandziwogio Calissien(si), Mathia Gnewcovien(si)
et Crestao Bresten(si) pallatinis, Cristino Sandomirien(si), Cristo Sadecen(si)
Petro Kmitha Lublinen(si) et Imramo [illegible] Castellanis, Mul-
tisq(ue) aliis fidelibus fide dignis. Datum per manus Ven(erabi)lis in christo patris d(omi)ni
Nicolai de Curow Ep(iscop)i Wladislavien(sis) p(rae)dicti et validi militis Cle-
men(tis) de Mosczorow Regni Pollonie Vicecancellary formata aut(em)
per Nicolaum de Sandomiria Crac. et Sandomiriensis Ecclesiarum Canonicum
[illegible] nostre notarium. Ad relat(ionem) d(omi)ni Nicolai de Curow Ep(iscop)i Wladislav(iensis)
et Clemen(tis) de Moszczow Regni Pol(oni)e Vicecancellary.

Lex Sigis munnelus

Ex literis quandoquidem aliqua ex parte attritae propter vetustatem fuerant ita ut periculum esset ne si magis atterrerentur nulli forent usui, cum legi non possent maturè collegij rationibus prospiciens Rector cupiens supplicavit nobis ut eas ad verbum describi iuberemus, signoque nostro apposito testati omnibus faceremus descriptas has cum originalibus illis nulla prorsus re discrepare. Et quum de significatione nominum horum Stationarij et Scriptores nonnulli disceptabant: eorum quoque interpretatio ut per nos adscriberetur petebant. Nos itaque precibus eius clementer annuentes describi ad verbum literas has privilegij iussimus. Signoque nostro muniri Quas quidem ita descriptas, quoties prolatae fuerint non minus roboris et firmitatis habere volumus, quam si originales ipsae praesentantur. Atque ut tollatur dubitatio de ijs nominibus quae nunc non sunt in frequenti usu, Stationarios Bibliopolas intelligi volumus. hoc est librorum venditores, Scriptores vero Calcographos sive impressores, qui cum parentum nostrorum memoria non extiterint, in scriptorum locum successerunt. In cuius rei fidem et testimonium sigillum nostrum est appensum Datum Cracoviae feria quinta post festum exaltacionis S. Crucis proxima Anno domini 1539 Regni nostri anno 33 NB. NB.

SAMUEL Maciejowski nominatus Episcopus Chelmensis et vicecancellarius subscripsit

Locus sigilli Reverendi in Christo patris domini Samuelis Maciejowski Nominati Episcopi Chelmensis et Regni Poloniae Vicecancellarij.

Copia inscripti census in Actis Civilibus et obligati in bonis videlicet civilibus 25

Actum feria sexta ante festum S. Martini proxima anno a Na-
tivitate Domini Millesimo quingentesimo quadragesimo quarto coram
praesentialiter comparentes famati ac circumspecti Albertus Stalmach
tore Officij Consularis nostri Consessor una cum Barbara consorte
sua legittima, Nicolaus Tsedrela lanius cum Catherina
coniuge sua legittima, Felix Witsek pistor cum Anna consorte
sua legittima, Stanislaus Streupowicz cum Apollonia legittima
sua consorte praefati viri per se uxores aut vero per supraspe-
B cificatos maritos et tutores suos legittimos sua sponte recogno-
verunt palamque fassi sunt se censum annuum undecim cum media mar-
carum monete et numeri Polonicalis in qualibet marca grossos qua-
draginta octo computando ad quodlibet divi Martini festum quot-
annis solvendum in vim tamen reemptionis fiendae alias na wyder-
kow manu coniuncta et indivisa vendidisse, Egregijs ac Venerabilibus
dominis Praeposito Doctoribus Magistris ac toti communitati maioris
Collegij studij almae Universitatis Cracoviensis pro Quadringentis
florenis numeri et monete Polonicalis per triginta grossos in qua-
libet floreno computando. Quos quidem quadringentos florenos prout
retulerunt se manu coniuncta et indivisa praefati censum vendito-
res a supra tacti census emptoribus in pecunia parata ...
et cum effectu numerasse tulisse et percepisse: maioris tamen securita-
tis gratia memorati census dicti venditores supradictis dominis praefa-
ti census emptoribus manu coniuncta et indivisa inscribunt expresse
et assecurant huiusmodi summae capitalis quadringentorum florenorum
et ... eo censu annuo undecim cum media marcarum singulis
annis et singulis festis S. Martini modo promisso solvendo in et
super omnibus bonis suis tam mobilibus quam immobilibus quocunque in loco
habitis et possessis nullis penitus demptis sive exclusis: et nomina-
tim praefatus dominus Albertus Stalmach cum sua supradicta consorte
in duabus domibus suis, una inter domos Stanislai Boszan ...
Martini Spunts in platea Czarow..., et alia inter domos ...
...chinski et Stanislai Boszan in Circino circulo sitis, Nico-
laus Tsedrela lanius cum dicta coniuge sua in domo inter do-
mos Catherinae Niesthelnaka et Nicolai Boszanek sitta, et
in Macello laniali inter macella famati Valentini Claine et Ca-
therine Mackowa iacente, Felix Witsek pistor cum Anna
sua consorte legittima in domo sua in acie platee Dominicanorum sita

prior

piore in platea Vrbicium sitt et in duabus iattis pistoru-
libus inter alias iattas pistorum site, Stanislaus autem Sebeu-
sowicz cum Apollonia coniuge sua legittima in macello suo
laniali ab acie secundo inter macella ab utraque parte Stani-
slai Bochan sitto. Quem censum annuum undecim cum media
marcarum supracitati censum venditores prefati censum empto-
ribus in singulis festis sancti Martini singulis annis incipien-
do a festo solemni Anno Domini Millesimo quingentesimo quadragesimo pro-
ximo una cum suis successoribus prefatorum bonorum possessoribus sub
intromissione et evacuatione in bona premissa memorati censum em-
ptoribus tamquam omnia iura transacta essent, et omnes gradus iuri-
dici producti et obtenti fuissent danda manu coniuncta et inso-
lidum unusquisque et indivisa se soluere una cum successoribus suis
nullis coloribus exquisitis iuris dilationibus aut quibusvis appellationibus
prenominatos censum dicti emptores evadendo et se tuendo usque
ad expeditam summae Capitalis solutionem se obligarunt, Liberumque quoque
erit prefatis censum venditoribus aut eorum successoribus deposita simul
et simul quadringentorum florenorum una cum censibus pro tunc extantis bona
sua liberare denunciatione tamen intimationeque quartuali uno
anni prius facta. Soluto summae capitalis, circa dota. Extra-
cta ex Actis Consularibus Casimiriensibus.

Copia inscripti vel etiam inscribendi censualis
cuius in Actis terrestribus in bonis utriusque terrestribus
Stanislaus de Kaszanow Succamerarius Lublinensis ac Iudex
et Stanislaus de Zyatkowskyn Subiudex terrae Sandomiriensis ge-
neralis, significamus tenore presentium quibus expedit universis et singulis
presentibus et futuris presentium notitiam habituris quomodo constituti per-
sonaliter coram iure terrestri generosi Joannes et Stanislaus Castellanus Zar-
nowski fratres germani indivisi de Spicowa Scaratis de Rogow Capita-
nei Opoczna sani mente et corpore existentes non compulsi nec coacti sed
ex ipsorum libera voluntate publice recognoverunt quia ambo simul manu
coniuncta et indivisa debent eorum pro toto anno transacto Millesimo quingen-
tesimo octavo certum censum seu censum annuum pecuniarum sedecim mar-
carum in medietatibus monetae et numeri Polonicalis cursuali in Regno

Polonie currentium super bonis et villis ipsorum hereditarijs Rogow Ko-
bylija, Scrzysthowicze, Vysszegroth et Korsow in terra Sandomiriensi
districtu Visliciensi consistentibus, Venerabilibus dominis Doctori Stanislao Kyel
de Nouacivitate sacrae Theologiae professori Custodi sancti Floriani Ecclesiae
extra muros Cracovie in Clepardz, Felici de Laski doctori regio Mino-
ris Collegij Collegiato Canonico Premisliensi, et Nicolao dicto Steffkow-
sky Civi Jaroslaviensi in vim exemptionis alias Narzydlekow pro summa
pecuniaria quadringentarum et tredecim marcarum pecunie communis mone-
te et numeri Polonicalis censuumque in toto ut premittitur et Judicialiter
coram Jure assignaverunt assignaverunt et inscripserunt ac realem eis ad eorum
intromissionem et possessionem actualem eis dederunt per ministerialem terrestrem
Simonem de Korczyn in prefata bona ad intromittendum ipsis attributum
de Jure. Quem quidem censum seu redditum pecuniarium tredecim marcarum
de summa expressa prefati germani Oppochrassky eisdem Stanislao Kyel do-
ctori, Felici regio et Nicolao Steffkowsky prefatis vel cui commiserint
quolibet festo Sancti Martini singulorum annorum Cracovie ad domos
eorum exportare aut circa acta Castrensia Capitanealia Cracovien. exponere
solvere et effectualiter dare se obligaverunt et prefatis inscripserunt sub pe-
nis Judicialibus XV ipsis et totidem iudicio sive in Jure terrestri Visli-
ciensi vel in Jure Castrensi Castri Nouaecivitatis Korczyn extradi et condem-
nandi consequerentur singulis duabus septimanis totiens quotiens opus fuerit quo-
usque ad totalem exolutionem tredecim marcarum census annui prefati pecuniarij
de predictis bonis Rogow et villis prefatis ad Rogow pertinentibus integralis
persolutionem. Et germani Oppochynsczky publice recognoverunt, quod premissa pre-
dicto Collegiato et Nicolao Civi de Jaroslaw aut cui ipsi commiserint
[illegible] partibus se inscripserunt et Jurisdictioni tam Capitaneatus Nouaecivitatis
Korczyn quam etiam terrestri Visliciensi se incorporaverunt et submiserunt
ac presentibus subijciunt et obligant per prefatos Collegiatos et Nicolaum Civem
de Jaroslaw, tenendi censum seu redditum annuum pecuniarium tredecim mar-
carum superius expressarum in et super prefatis bonis Rogow et prefatis villis atti-
nentibus solum obligatum tenendum habendum utifruendum pacifice ac quiete
sublevandum tollendum percipiendum cum omni iure titulo ac proprietate et pro
eisdem Collegiatis et Nicolao Civi prefato melius ac utilius expedire videbitur
quousque per veros et legittimos heredes eorundem bonorum Rogow et villarum atti-
nentium libere exemerint. Et debet ipsi Joannes et Stanislaus Oppochinsky
germani predicti eosdem Stanislaum Kyel Doctorem Felicem regium Collegium Colle-
giatos et Nicolaum Civem de Jaroslaw occasione premissorum ambo simul
una coniuncta et indivisa quilibet eorum pro toto ab omnibus impedimentis et ob-
nis quarumlibet personarum status et sexus utriusque secularium et spiritualium
ad unumquamque personam pertinet terrestris praescriptio, nulla praescriptione
[illegible] ipsos [illegible] et presertim ab omnibus inscriptionibus super prefatis bonis
Rogow et prefatis villis prius inscriptis exemptionibus in eadem bona impositis
et imponendis ac reformationibus quibusvis reformatis tenebuntur super predictis
bonis vel reformandis aut alio quovis modo factis vel fiendis sub vadio
quadringentarum et tredecim marcarum pecuniarum in medietatibus numeri Polonicalis

cat

caliud consuetare intercedere tenetur et ubilibet iuxta Iuris formam e:
liberare tenentur ac ubique indempnes reddere debebunt et presentibus reddendo
ab ipsorum inibus [illegible] obligant, pro quo vadio prefato si se occasionem
evictionis et non liberationis predictorum bonorum Rogow et villarum attinentium
cedere permiserint, ex tunc in iure Terrestri Visliciensi aut Castren[si] Capi:
tanealis Nove civitatis Corczyn in primo termino tamque in peremptorio pa:
rere ac vendere ac pro prefato vadio satisfacere debebunt nullis causis aut
modis exceptis ipsum ~~[illegible]~~ terminum primum vera vel simplici infirmitatibus di:
lacionem aut Regiam maiestatem ipsos non evocando, nec aliunde aliquo exempcio:
nis pro maiori fine in parte aut in toto eis non recipientibus: in quo quidem
termino primo tamque in peremptorio prefati Collegiati et Nicolaus Civis de Ja
roslaw eosdem germanos Opporzynskie predictos potuerunt pro prefato vadio
quadringentarum et tredecim marcarum pro toto in Iure Iudiciale evadere
rare non reddendo ipsos Collegiatos et Nicolaum prefatos pro premissis et singulis
omnibus litteris regalibus expedicionibus bellicis colloquiis aut conventionibus ge:
neralibus defectibus quibuscunque presentibus inscriptionis litteris evitacionis comm:
tenit ad satisfaciendum in data aut titulo aut in aliquo puncto processu:
sit Iuris ipsis commissis statutis laudis coloribus consuetudinibus Regni quovis
libet infeudatis et [illegible] post qualicunque forma modo laudandis eisdem Collegi
atis et Nicolao Civi Jaroslaviensi prefatis in contrarium non obstantibus nec
quibusque vacantibus nec aliis quibuscunque modis exceptis sub ammissione ipsorum cau:
se et quidquid ipsi cum eosdem Collegiatos et Nicolaum Civis de Jaro:
slaw prefatos in subsidium receperint aut aliquo convencia ~~[illegible]~~ Iuridi:
cam moverint, pena quadrecim eisdem Collegiatis et Nicolao Civi Jarosla:
viensi puniri et totidem Iudicio ne facto causam suam in toto prefati
fratres germani Opporzynsky et ipsorum successores legittimi ammittere
debent. Super quod veniet Iacobus de Lasky Canonicus Posnan:
siensis et Collegiatus universitatis studii Cracoviensis easdem inscriptionem
a prefatis dominis Doctore Stanislao Byel et Stefyzowski suscepit et
mandiale posuit ~~quod~~ quod Iudicium recepit. In cuius rei te:
stimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Datum in Visliczia
feria secunda proxima post Dominicam conductus Pasche Anno Domini
Millesimo quingentesimo undecimo, presentibus Nobilibus Paulo de Stefa
noczyce ~~[illegible]~~ Rapsardo de Bolucsow Camerario Jan:
ne Volucsowsky Poscislao Voyssyk, Paulo de Kolaczowicze
et aliis quamplurimis testibus circa premissa fide dignis.

Resignatio et obligatio census + exemptionat venditi in ali-
quibus bonis in terrestri Judicio Cracoviensi facienda.

Copia sive exemplar.

Nicolaus Thaszicki de Luczanowice Judex, et Joannes
Slabosch de Palczowicze Subiudex, terre Cracoviensis generales.
Significamus tenore presentium quibus expedit universis et singulis,
presentibus et futuris, harum noticiam habituris, Quomodo coram no-
bis et Camerarijs nostris prius in iudicio presidentibus Comparens
personaliter coram Actis presentibus terrestribus Crac., Generosus Ni-
colaus Lukowski de Skotniki et Conari Dapifer Sandecensis et
militia Aulae Regiae; sanus mente et corpore, publice et per
expressum recedens à terra et districtu suo proprio, recognovit.
Quia Venerabili et Egregio Martino de Olkus, Sacre Theolo-
giae Doctori, Praeposito S. Nicolai extra muros Crac., octodecim
marcas pecuniales numeri et monete polonicalium census annui,
pro ducentis florenorum pecunie numeri et monete Polonicalium per-
petue et in evum. In vim tamen reemptionis alias Narwyderkauff ven-
didit ac inscripsit, vendit et inscribit in et super bonis suis here-
ditarijs videlicet villis Skotniki et Conari ac Emithomibus, taberna-
toribus et alijs quibusvis in motis prefatarum villarum Skotniki et
Conari, Quas quidem octodecim marcas pecuniae predictas predictus
Nicolaus Lukowski et successores sui legittimi super duas Rat-
tas singulis annis Prima videlicet pro Dominica Letare Jerusalem
Novem Marcas pecuniarias Secundam vero Rattam pro quo-
libet festo S. Michaelis Archangeli Novem Marcas pecuniarias
singulis annis sibi Venerabili Martino et successoribus suis sol-
vere tenebitur et successores sui solvere tenebuntur. Quas quidem

decem octo Marcas praefatus Nicolaus Lukowski sic super
duas Stallas pro tribus praefatis divisas census annui quottan:
nis et suum proprium nuntium suis propriis impensis mittere de:
bebit, et successores sui debebunt et ab ipso singulis annis
post solutionem factam Quietantiam accipere debebit et tene
cum successoribus suis, tenebiturque et praesentibus se obligat praefatus
Nicolaus Lukowski cum Cmethonibus eiusdem villae in totius ad
cta Spiritualia Vicarii sive officialis in Spiritualibus Crac
Sabbatho post dominica Conductus Paschae proxime ventura fa
re et ad solutione cum praefatis Cmethonibus praefati census annui
octodecim Marcarum pecuniae sub censuris Ecclesiasticis se obligare de
bebit. Etiam praefatus Nicolaus Lukowski se et suos success
ores occasione praefati census ab omnibus inscriptionibus prioribus
si quae sunt et ab omni impeticione Juridica praedictum Venera
bilem Martinum et suos successores, tueri, intercedere, eliberare
ab omnibus personis. Ita quod Ethus Martinus et successores
sui possit et possent pacifice anno quolibet praefati census
Octodecim Marcarum sic ut praemissum est percipere sine quovis
impedimento Quae omnia superius expressa et in praesenti
inscriptione contenta praefatus Nicolaus Lukowski tenebitur et
sui successores tenebuntur complere et exequi. Sub Vadio Ses
gentorum florenorum pecuniae eidem Venerabili Martino et eius successo
ribus legittimis ad solucionem succumbendum pro quo quidem vadio
Sexingentorum florenorum pecuniae ad illum vel successores eius citati in primo termino
tamquam peremptorio stare debebit et sui successores debebunt et praedicto
praefato respondere et satisfacere tenebitur et sui successores tenebuntur

Eundem primum terminum vera vel simplici infirmitatibus non differendo ad Regiam Maiestatem et nec alibi tribunal se expi: pien[do] nullis aemulis suis se protegen[do] nec quicquam sibi in auxi: lium recipien[do]. Appellaciones mociones Iudicii Iudiciali et negs extra Iudicialem nullas facien[do] pro praemissis et singulis omnibus eundem Venerabilem Martinum Iuris Regalibus terrae, dylacionibus colloquiis conventionibus qualibus praescriptionibus terrestribus evadendo. Nec quicquam aliud sibi in auxilium contra ipsum Venerabilem Martinum reci: pien[do] Nec aliis quibusvis modis exquisitis et exquirendis sub ammi: ssione sue et successorum suorum totius causae Nihilominus futuribus talibus vadium et eius satisfaciendo usque permissa omnia in inscri: ptione praesenti contenta complere et exequi in toto tenebuntur, et successores sui tenebuntur totiens quotiens opus fuerit. Sub alio vadio speciali sexingentorum florenorum spectando in par: te vel in toto Nulla praescriptione terrestri ipsum et succe: ssores suos pro permissis evadendo In cuius rei testimo nium sigilla nostra praesentibus sunt appensa Actum et datum Crac feria secunda post dominicam Reminiscere proxima Anno domini 1540 praesentibus Generosis ac nobilibus Vincencio Wye: rzyski de Wyerzynske Christoforo Myerzyarowski de Wye rzyarowsk Nicolao Lapka de Lapanow, Joanne Ze: panowski de Zyroslawycze Mattia Cawczki de Cawcze et Benedicto Macheyski de Myerzen Et aliis compluri: bus testibus fide dignis circa praemissa existentibus Joannes Myszang [illegible]

dylacionibus

[illegible]

Littera Fratris Salui Cassetta de Panormo Sacre Theologie professoris ac totius ordinis Predicatorum Summi Magistri etc.

Indulgentia

Reuerendis Venerabilibus et egregijs dominis Rectori, pro-
fessoribus Theologie, omnium facultatum Doctoribus, et Magi-
stris artium, quorumcunque Collegiorum Vniuersalis studij Craco-
collegiatis, omnibusque et singulis Magistris in predicta Vni-
uersitate laborantibus. seu legentibus. Frater Salus Casset-
ta de ~~Fauia~~ Panormio Sacre Theologie professor, ac totius or-
dinis predicatorum humilis Magister et seruus. Salutem et pacem in
domino Jesu saluatore. Quum plenitudo celestium graciarum in illis
debet eminentius abundare qui excellencia generis et virtutum
meritis super alios pollere dinoscuntur. Graciarum celestium mul-
titudo que per caput est ad membra singula diffundenda in illis
debet tantomagis abundare quos in lucem gentium diuina sapientia
dinoscitur elegisse: vt per eorum vitam perfulgidam verbo pariter
et exemplo proximis gloria perpetue perueniat claritatis. Ipsarum
vero graciarum dona largiflua ab immensa clemencia redemptoris
eis copiosius diffunduntur dum suffragante illorum merita que ka-
rismatibus abundant in custodiendis preceptis diuinis et consi-
lijs secundum graciam a domino sibi datam inuigilantes incessanter. Qua-
propter vestre dignitatis et excellencie merita et specialem affectum quem
vos erga nostrum ordinem habere precipuum rei euidencia probat ex-
presse solerti consideracione rependens vobis omnium missarum,
oracionum diuinorum officiorum, studiorum predicacionum, vigiliarum,
peregrinacionum, ieiuniorum, abstinenciarum, laborum, penitenciarum, obs-

dieneciarum disciplinarum ceterorumque bonorum que per fratres et so:
rores totius ordinis nri ac etiam per fres et sorores tertij habitus
de pnia bti Dominici pijssimus deus sua mia et gra peramnare premiaa
fieri dederit vniuersam comunicationem et participationem presentium te
nore concedimus in vita pariter et in morte vt multiplici sacra
orum ac piorum suffragiorum presidio et adiutorio et sic augmen:
tu gre et in futuro eterne vite premium ac celestis regni
facilius et copiosius adipisci et consequi valeat. Signifi:
camus insuper vobis qualiter Sanctissimus dns nr Sixtus papa quar:
tus concedit et concessit vobis ad instanciam et favorem or:
dinis nri plenariam peccatorum omnium indulgenciam et absolucionem
in omnibus casibus etiam sedi Aplice specialiter reseruatis semel
in vita semel in morte. Volo insuper et in presenti scripto de
cerno vt cum obitus vester nro generali capitulo fuerit nunciatus
pro vobis sicut pro ceteris nri ordinis fratribus et sororibus
orationum suffragia devotius peragantur. In quorum fidem et testi: pro omnibus
monium sigillum officij nri duximus presentibus appendendum. Bene Vale
Dat Rome quartadecima mensis Junij Anno dni 1484 primo
Indictione 14 pontificatus prefati dni Sixti Anno decimo in nro
capitulo generali ibidem celebrato

+

Ad Altare tit. S. Bartholomei fundi Apostoli in Cathed. Cracou. ptinentia.

Confirmatio Electi. Universitas Altaristam tit. S. Barth. fundi Apostoli eligit fundatum a familia et Maioribus Szafranic: de electione altaristae Mgro dno Rector uni primario significat; et dari presentationem electo ab Universitate rogat. Hac forma.

Martinus de Ilkusch sacrae Theologiae professor, Canonicus Eccle Collegiatae S. Floriani, ac Rector almae Universitatis Studij gnalis Cracouien, ceterique Doctores et Mgri eiusdem Universitatis, Mgco dno Stanislao Schafranic de Pyeskowa skala, Castellano Sandecen Capitaneo Sandomirien etc fautori et amico nro dilecto, salutem et omne bonum. Notum facimus magcae vrae quod uacante altari sancti Bartholomei in Eccla Cathedrali Cracouien cuius puentus in villa Podstolycze existunt, post mortem Venabilis et Egregij olim dni Mathie de Miechow artium et Medicinae Doctoris Canon. Cracouien eiusdem altaris ultimi possessoris rite legittime et canonice elegimus Altaristam ad pfatum altare, Venerabilem et Egregium dnum Nicolaum de Wielicska art. et Medicinae Doctorem ac tenore presentium eligimus: quem iuxta ordinationem et priuilegia eiusdem Altaris Magcae vrae offerimus et commendamus et rogamus dignetur Magca vra eidem Dno Doctori Nicolao tamquam libere electo pntationem ad dictum altare dare, per quam institutionem a Rdisso dno Cracouien Epo obtinere possit et ualeat. In cuius rei testimonium sigillum Rectoratus pntibus est appensum. Tandem nos magcae vrae commendamus quam feliciter ualere cupimus. Datum Cracouiae die Saturni 19 Mensis Septemb. Anno domini 1523.

Ad idem Altare Presentatio.

Reverendissimo in Christo Patri et domino domino Joanni Dei gratia E-
piscopo Cracouien. domino gratiosissimo, aut eius in spiritualibus Vi-
cario generali, seu alicui alteri ad id potestatem habenti. Stanisla-
us Schafranyecz de Pieskowa skala Castellanus Sandecen. et
Capitaneus Sandomirien. debitam venerationem. Reverendissime Pater
et domine, Vacante altari tituli sancti Bartholomei in Ecclesia Ma-
iori Castri Cracouien., cuius fundus est in Podstolycze, Univer-
sitati studii Cracouien. pro professoribus eorum incorporati pre-
sentationis ac collationis mee per obitum venerabilis ac egregii Ma-
thie de Miechow artium et Medicine Doctoris Canonici Cra-
couien. ipsius altaris ultimi et immediati possessoris, venerabilem
egregiumque dominum Nicolaum de Wieliczka Artium et Medicine eti-
am Doctorem, per venerabiles dominos Rectorem Doctores et Magistros
alme universitatis studii generalis Cracouien. legittime ele-
ctum, et nobis ad presentandum iuxta ordinarem et privile-
gia dicti altaris oblatum et commendatum, morum honestate et
scientia commendabilem vestre Reverendissime paternitati duximus presentan-
dum, presentamusque per presentes pro eo et cum eo supplicantes
quatenus Reverendissima paternitas vestra prefatum dominum Doctorem Nico-
laum de Wieliczka ad altare predictum ad huiusmodi predictorum
venerabilium dominorum Rectoris Doctorum et Magistrorum alme Univer-
sitatis Cracovien. predictam electionem et presentationem nostramque prefato-
rem vestra Reverendissima paternitas dignetur instituere et investire grati-
ose, et ut ad vestre Reverendissime paternitatis officium pertinet pastorale
administrationem spiritualium curam et regimen temporalium sibi committen-
do. Datum in Volborz die XXIIII mensis Septembris Anno Domini
1523. Nostro sigillo in fidem et testimonium premissorum subappenso.

+

Citt[ati]o ad Judicia Vicariatia ob nō solutū census reemptionat.

Stephanus Dei gr[ati]a Rex Poloniae etc.

Tibi gnoso Matthaeo Mysiowski Burgrabio Castri Cracovien. in Vilgoszcza
et Zawatki Sculteti, sive alio quovis iuris titulo possessori de Sis ac de aliis
cetisq[ue] bonis tuis per te in Regno Poloniae quolibet habitis et possessis iuribusq[ue] aliarum
personarum in eisdem bonis nihil nocendo neq[ue] praeiudicando, mandamus quatenus in terminis
terrestribus Lelovien. proxime celebrandis, ad instantiam Venerabilis Regii Alberti Sczepecz
in Academia Cracovien. professoris, et Omnium Sanctorum Canonici et Concionato-
ris personaliter ac legitime compareas, qui te citat iuxta et ad inscriptionem super
hoc in Actis Vicariatus Cracovien. contentam ratione census reemptionat. per olim
generosos Hedvigim de Zaklicin relictam gnosi olim Stanislai Pukarzowski
nec non Stanislaum atq[ue] Joannem Pukarzowskie ipsorum filiorum villarumq[ue] Zawatki
et Vilgoszcza in districtu Lelovien. consistentium Sculteti ac possessorum adversus
eorum eorum olim Rev.do Nicolao Brzeslawski in spiritualibus Vicario et Officiali genera-
li Cracovien. in vim reemptionis alias na wyderkaff facta et inscripta atq[ue] et
postea sacrae maiestatis Regiae confirmata et roborata. Quae quidem inscriptione medi-
ante praedicti Sculteti praefatarum villarum Zawatki et Vilgoszcza duodecim marcas
pecuniae polonicalis monetae et numeri, qualibet marca quadraginta octo grossis
pro computando excipiebat et pro quibus censum in et super censibus fructibus pro-
ventibus utilitatibus agris pratis, pratulis, piscinis, silvis nemoribus gaiis, ri-
vulis curisq[ue] et emolumentis universis praefatarum villarum Zawatki et Vilgo-
szcza nihil excipiendo, nec pro se vel Scultetis successoribusq[ue] ipsorum vel alteri nihil
reservando, dictaeq[ue] Hedvigis doti sui in et super dictis villis Zawatki
et Vilgoszcza reformatae per expressum renunciando Venerabili olim Matthiae de Bych-
mica artium liberalium baccalaureo Canonico Sandecen. pro 500 florenis
mon. et monetae Polonicalis in vim tamen et titulo reemptionis sive alias
na wyderkaff vendiderunt integreq[ue] et effectualiter vendiderunt gegrator
eorum pro eo plateam per Swiechno censu duodecim marcarum per se vendit[ionem]
ab eodem Matthia de Bychmica per manus egregiorum dominorum Stanislai Byt de ma...
civitatis et Richardi Parochi Eccl[esi]ae s. Floriani in Clepardia sub
Pagina professoris recepisse ac levasse recognoverunt ac eosdem gerando
praefatosq[ue] censum duodecim marcarum per. sed ut praefertur vendit. ut postea

Libri

licet Natis Dni proxime tunc venturus pro Predicatore Verbi Dei ad Ec-
clesiam Omnium Sanctorum et Altare Crac. [illegible] et fundatum assignaverat
submittendo se tandem inscriptione praedicti Scriptor [illegible] censum duodecim
marcarum pecuniae pro festo Nativit. Christi praedicatori Omnium San-
ctorum pro [illegible] dicto ad acta Viceregalis et Civitatis Cracovien.
pro se vel suos successores [illegible] imposito poenam sub poenis in eadem inscriptione
expressis, atque prout de hoc inscriptio ipsa exemptionat census praefati
facta in Actis praefatis latius sese omnia continent. Qui vero tunc tenens praefato
bonorum Wilgoschcha et Zawadka Secus ac possessor modernus continua
iuxta inscriptionem pro praedecessores suos factam et inscriptum censum praefatum exemptio
nalem duodecim marcarum pec. videlicet sex marcas pec. polis. monet
et numeri de una et alias sex marcas pecuniae de altera villarum bonorum
praefatorum tunc solo annui, et de bonis praefatis Wilgoschcha et Zawadki posse
sionis tunc ab antecessoribus tenens praefato moderno praedicatori spectantem et pertinentem ab
annis duobus proxime [illegible], videlicet ab anno Millesimo quingentesimo octuagesimo
tertio proxime transacto usque ad annum praesentem de bonis praefatis solvere
eidem praefato actori non vult neque minime curat ad iniuriam non non
grave praeiudicium [illegible] prout ei in termino actualiter la
tius [illegible] deducetur et declarabitur praefatasque [illegible] omnia cum [illegible] ad quinqua
ginta marcas pec. polis monet. et numeri [illegible] habet et tenebit [illegible] prout ad iu
dicium in praemissis decreverit Iudicatum [illegible]. Datum Cracov. feria sex
ta post Dominicam Rogationum proxima Anno Dni millesimo quingentesimo octuagesimo quinto.

Contumax.

Citatio iam contumacis.

Stephanus etc. Tibi generoso etc. Quod te citat secundo citatione beati Ve-
spasiani Lelovien. secunda prout te in termino primo in terminis terrestribus Le-
lovien. proxime transactis in poena contumaciae iudicialiter condemnavit
iuxta suam citationem primam qua citatus fuisti in haec verba: Quod te
citat iuxta et ad inscriptionem generalem etc. etc.

Iudicium decrevit citato solvere censum sub poena pro annis duobus
in quorum possessione pro 2 annis se esse bonorum possessor agnovit. Restantes
vero trium annorum anteriorum Iudicium dedit citato dilationem ad proxima
[illegible] ad docendum se non esse possessorem in dictis tribus annis anterioribus.

Relationes durale posteriorum citationum factae a Ministeriali.

Privilegiorum brevissima descriptio, ad census Mai. Coll. qui per Fiscarium exiguntur et ad mensam commu- ~~Mai. Coll.~~ num convertuntur pertinentium.

In prima ladula de villa Boszyn.

Approbatio ratificatio Alberti Epi Cracou. donationis trium laneorum seu mansorum agri culti in Boszyn villa, pure et propter Deum ~~[illegible]~~ à Strenuo milite Clemente Schedo de Przybimier de consensu Annae consortis suae, et nobilis Byrzow germani sui de Banowice, Capitulo Vicariorum omnium Collegiatae Ecclesiae Scarbimiriensis in perpetuum cum sinceris conditionibus factae. Inprimis iidem Vicarii In laudem Dei omnipotentis, B. M. V. et Omnium Sanctorum tres missas legere et decantare tenebuntur sub poena Episcopalis. Sec. mo 2 feria una pro defunctis unam legere, Tertia feria de B. M. V. unam sonorosam et solemniter decantabunt. Feria 4. pro peccatis legere unam. Orationes tres hebdomadatim. Insuper Singulis annis quatuor per annum psalterium, et Vigilias novem lectionum de vesperis et in crastino Missam pro defunctis singulis quartalibus. Post mortem suam debet nomen suum inter benefactores scribi et in missa pro defunctis nomen imponi. Consultumque pro suae aiae et amicorum animabus et subsequentium se donavit 1414.

Donatio partis villae Boszyn, quam nobilis Dna Beyatsa relicta dni Dmitrij olim Marschalci Regni Poloniae de consensu Regis Vladislai Regis Poloniae per literam suam exhibitam ad hoc dato totam partem haereditatis suam maternam et avuncularem in Boszyn cum ipsius partis haereditatis omnibus iuribus et pure propter Deum et pro salute aiae suae. Egregijs Magistris ad Collegium Universitatis Studij Cracouiensis gratis dedit donavit in perpetuum totaliterque resignavit. Actum et datum in Proszowice feria 4 proxima post conductum Paschae. 1415.

Privilegium à Wladislao Rege ad petitionem Collegiatorum et datum, confirmans donationem sortis seu partis villae Boszyn a nobili Beata relicta piae recordationis Dimitri de Goray ipsam Beatam ex mera sua affectione consanguinitatis factam; praeterea eiusdem partis villae de iure Polonico in ius Theutonicum quod Sredense dicitur translatio, et exemptio Sculteti seu Advocati ac omnium Cmetonum et incolarum ab omni iurisdictione et potestate Castellanorum, Palatinorum Iudicum Subiudicum ac Officialium ac Ministerialium; verum cum de gravi vel alia parva causa fuerit respondeat apud suum Scultetum vel Advocatum, Advocati apud dnos Magistros. vel si opus fuerit Regis significantis apud Strenuissimum et datum 1415.

Consensus et Confirmatio à Rege Vladislao data emptionis partis alterius

ville Boschyn pro duos Ngros Collegiatos Collegij Univers. Studij ge-
neral Cracouiensis pro octuaginta marcis pecunie usualis ~~empta~~ ex
nobili Martino Bizowo de Pszibomcze empta. Ubi inserta est vendi-
tio desumpta ex Judicio Castrensi Ngro Petro Seniore de Pyrzko
waskala Palatino Sandomiriensi Cracouiensi et Syradiensi Capitaneo et
in qua venditor et resignator partis ville Boschyn est ibi ea clausula
quod utraque pars Confessum Regis acturum privat, si eo impetra-
verint restituerit summam Bizowo vendere etc. de data ex Castro Cra-
couiensi 1 4 3 1. Et idem Dominus Rex eam modo confessit in venditione
sit etiam totam villam ex iure Polonico in ius Theutonicum quod Sredense
dicitur privilegio transtulit. et exemit ab omni potestate et iurisdictione om-
nium officialium. Non alibi tradere nisi apud suum Aduocatum tenebuntur.
Aduocatus apud duos Ngros seu quemcunque alium possessorem ville dicte, vel
coram ipso Regis aut gratis iudicio. Utrasque partes ville Boschyn et
emptam a Bizowo et donatam a Nobili Beata, totam villam ipsam
Boschyn prexpressam ab omnibus expeditionibus bellorum aut quarumcunque gue-
rrarum Poduodis solutionibus, dationibus, tributis, stationibus impositi-
onibusque angariarum et onere liberamus absoluimus perpetuo et in eternum
iure nostro regio vulgariter krolewskie in Regno nostro de quolibet
Laneo per duos grossos fisci soluto duntaxat excepto. Datum die Cir-
cumcisionis Domini 1 4 3 2.
Emptio ex Judicio terrestri desumpta districtus Proszouiensis: in qua
frater apud Nobilem Martinum Byzowo de Pszybomcze hereditarium
tres Laneos suos in quibus tres Cmetones resident in Boschyn et totam
partem Caij suam pro octuaginta marcis mediorum grossorum latorum vel
30 communis pecunie marcis Doctoribus et Ngris Collegij Artistarum
eum vendidisse 1 4 4 6.
Concordia ex iudicio terrestri Proszouiensi desumpta inter Collegiatos
Artistarum Collegij in Cracouia ex una et Martinum Byzowo de
Pszybomcze ex altera hoc facta modo: quod ipse Martinus Byzowo
nouem metia statia agrorum prius metas hereditatis Bolsow-
iacentia cum omni iure et dominio pro Rippa et agro dicto Lobys
la cum prato vulgo modo dicto in Boschyn Collegiatis, et dederunt
donauerunt resignauerunt hereditatem pro hereditate commutan-
cum his conditionibus Ut Via sit Dominis Collegiatis et Cruciferis atque
subditis pro valle prata in Pszybymice Wrzea. 2 Ut idem Mar-
tinus Molendinum, Piscinam Lyzgers retineat et aedificet.
3 Aque ductus sit per antiquos alueos ad piscinam et Molendi-
num duorum Collegiatorum. 4 Via antiqua ad Boschyn frequenter.
5 Piscina intra duos annos pareat 6 Mete inter Boschyn
et Pszybymice sint antique sub vadio centum marcarum
Datum Anno Domini 1 4 4 6. feria ...

Sententia post lites longas et decretum in Campo Bossyn et Pesz-
bnice inter partes latum, magnif. dni Joannis de Tharczyn Castellani
Cracov., Judicis et Subindicis terrae Crac. gratiam ex decreto et inmissione
dnorum in Collegio grati etc in Bossyn missorum, Sancitum est: ut Nob. Marti-
nus Byczowo de Peszbnice totum fluvium alveo et fluxu antiquo ita ut ad
piscinam et molendinum Collegiatorum dimittat et non aliunde: debitumque purgam.
ejusdem alvei partis, alteram aut dni Collegiati sine quovis iuramento pro
anno, sub vadio uno quoad primum 100 marcarum alterum aut futurum novum
item 100 marcarum. Ex Actis possessionalibus 1459.

Litterae continuatarum Citationum et ~~lit~~ litium a dnis Collegiatis ~~[illegible]~~
circa alvei et fluxus antiq. ad piscinam et molendinum in Bossyn cum
Byczowo et eius multis successoribus pro poenis 200 marcarum pluratorum
pro non restituto fluvio pro Martinum Biczowo et successores eius et intro-
missionis in bona peszbnicze pro annos septem etc 1469.

Sententia Joannis de Cracovia d. p. Abbatis Clarae tumbae alias de Mo-
gyla Crac. Dioc. Ord. Cystercien. Conservatoris iurium ac privilegiorum Acad. Crac.
Amicabilis Compositoris a partibus assumpti et unanimi consensu a dnis
Petro Noszczyn Cive et Consule Cracov. tenutario villae desertatae Szyka-
rzow adiacentis finibus agrorum villae Bossyn pro Compromissum 1000 flor. et d.
Collegiatis tum ipsi iura tum ipsi continuo usu adiudicavit agros et prata
versus Szykarzow; Petro Noszczyn silentium perpetuum indixit ad expensas dua-
rum marcarum condemnavit. Anno Dni 1515.

Lit. Granitierum sive metarum factarum inter bona dnorum Doctorum et
Mgrorum Sedetium villae Bossyn et Nobilis Benedictum Glinski Sedem in
Szykarzow ubi fecit scopuli 13. Anno Dni 1527. Datum
ex libro Iuramentorum Cracov.

Locatio villae Bossyna dnorum Doctorum et Mgrorum Collegii Maioris Nobili
dno Nicolao Boguss Marsalco Reverendiss. Epi Cracov. usque ad vitam su-
am cum conditionibus, 1. Ut tres lanos eximat quosdamque alienatos quos
Benedictus Glinski possidet. 2. Fluvii alveum et defluxum iustum in pris-
tinum statum iure agendo educet 3 Ad aedificiones et res mobiles relinquat
quas pertinent. Ex Actis Epi Cracov. sub poena 500 flor. 1530.

Locationis transportatio ex Actis Castrensibus in Judicia Collegii et Ec-
clesiae Cracoviensis ubi eaedem conditiones expressae et ad priores conces-
sio fit. Census annuus 18 marcae pro festo S. Martini Epi ab eius
dem manu deportandus etc 1553. Ad vitam Sabuti.

Decretum Tribunalis latum litigantibus et causam Sabentibus Rdo In possessione reducitur
dno Erasmo Dembinski de Dembiany Cantori Cracov. Cathedral.
et Praeposito S. Michael in arce Cracov. Actore, et Rdo Simone Lugow-
ski Praeposito Miechoviensi citato de lano violenter occupato, quod
in bonis Ecclesiasticis nulla praescriptio currit 1580

Cittatio Nob. Petri Ghinski in Sztekarzow ad instantiam et Actoratum Collegiatorum Maiorum facta ad terminos Proscouienses pro violenta occupatione certarum sortium agrorum et pratorum in Boschyn etc. et quod ibidem aedificet domum in fundo alieno etc. 1 5 8 0.

Controuersia in Judicio terrestri Proscouiensi habita Dominorum Collegiatorum ex una et Petrum Ghinski in Sztekarzow ex altera Citatum ratione cuiusdam sortis ui occupatae etc. Judicium decreuit ut Cittatus iuret et praestet iuramentum corporale cum sex testibus nobilibus etc. in eiusmodi rotam. Quod ipse Citatus bonorum contentorum uigore iurium suorum a praedecessoribus suis iure hereditario fuerat et [illegible] per ordinem praedecessores terrestres pacificus possessor, eademque bona iure hereditario tenet et possidet etc. Et ita Dominus attinuit et sancta Christi passio. Hoc decretum pars Actorea quod iure non subsistit sed ad Judicium Collegarum uel in defectu ad Tribunalia iudicia mouit et appellauit: quae motio est admissa 1 5 8 3.

Sententia Judicium Tribunalium Lublini celebrato congregatorum Sex fuit Hanc praesentem causam cum toto ipsius effectu ex paritate Sententiarum dominorum Judicium deputatorum tam spiritualium quam secularium ad Conuentum Regni generalem pro decisione et cognitione eiusdem causae praesentis remiserunt. partesque habebunt terminum peremptorium. 1 5 8 4.

In Comitijs Varschouiensibus Serenissimus Rex cum suis Consiliarijs decretum Judicij terrestris Proscouiensis approbauit et Actoreae parti iuramentum attentare decreuit 1 5 8 5.

Significatio iudicij terrestris Proscouiensis Nobilem Petrum Ghinski iuxta iuramenti rotam iurauisse iuramentumque corporale cum sex testibus praestitisse: et decretum Sex ipsi bona sua ab iudicio in perpetuum adiudicata, et ab impetitione liberum pronunciat. 1 5 8 5.

Sunt et chartae aliquot in quibus bene priuilegia describuntur et in una de praescriptionibus disputatur, non illam posse obesse Academiae quod et bona eius bona sint Reipubl. et ipsius Ecclesiae etc.

Priuilegium Sigismundi Regis super duos obulos Pontalium in Boschyn Collegio Maiori Cracouiae datum. Ubique vectigal sub nomine Ple-[illegible] constitutum Anno Domini 1 5 2 4.

Ex scatula secunda.

Ad censum 12 marcarum ex villa Luczyanowicze solvendum pertinentia.

